



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXXI. Christophorus. Anno Christi 903. Ludovici III. 4. Leonis Sapientis 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

Sedis obscuretur vel minuat, ut visdem
 potius vehementer crescat & amplificetur.
 Hinc enim intelligimus, non humano
 consilio, prudentiâ, viribus Romanum
 Pontificatum tandem consistere, sed quia
 hac petra ita à Domino roborata, divi-
 nitus fundata, Angelorum custodiis se-
 pia, singulari Dei providentiâ & prote-
 ctione munita est, ut adversus eam porta
 inferorum nullo modo prevalere possint,
 siue illis portis persecutio Tyrannorum,
 siue rabies Hereticorum, siue Schisma-
 ticorum furor, siue scelera & flagitia
 designentur.

CXXI.

CHRISTOPHORUS.

ANNO CHRISTI 903.

LUDOVICI III. 4. LEONIS
SAPIENTIS 18.

CHRISTOPHORUS Leonis fi-
 lius Romanus, Pontificatum,
 quem anno 903. exitu Novembris Bar. an.
 occupaverat, anni paulò amplius 907. §. 2.
 dimidio obtinuit. Qui enim alium 908. §. 1.
 expulerat, idem comprehensus à Ser- Pag. an.
 gio, se abdicare, & Cœnobium inire 903. §. 2.
 cogitur: unde extractum conjectum- 904. §. 5.

Kk 2

que

que in carcerem miserâ morte vitam clausisse, Ciaconius narrat. (1)

ANNOTATIONES.

(1) Mabillonius in Præfat. ad Sæc. V. Benedict. 9. 1. num. 9. *Nostri temporis Novatores pravis quorundam Romanorum Pontificum exemplis abutuntur ad impugnandam Ecclesie incorruptam veritatem & unitatem. Qualescunque fuerint Pontifices illi, quibus obijciunt pro sua dissensione, quod volunt, nihil præjudicat Ecclesie Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ. Nullo modo eorum innocentiam coronamur: nullo modo eorum iniquitatem damnatur. Ita loquebatur Augustinus De unico baptismo cap. 16. in causa Donatistarum, ita & nobis loqui licet in causa Novatorum. Manet semper eadem Ecclesie veritas. Quisquis ab hac unitate vento superbiæ, tanquam sola palea separatur, aræ dominicæ propter committam paleam quid calumniatur? subjicit Augustinus.*

Tertullianus De Præscript. advers. Hæretic. cap. 3. *Soli Dei Filio servabatur sine delicto permanere. Quid ergo, si Episcopus, si Diaconus - - - lapsus à regula fuerit, ideo hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?*